1. Primum, quod nempe Truchfessii cum omnibus illis feudis, quæ in libello sigillatim recensentur, investiti fuerint, non solum Rei fatebantur, sed etiam ex literis Investituræ cum Zollneri, qui primus feudum Frisenhusanum Saxonibus obtulit, tum ipsorum Truchfessorum patet. Et quamvis Literæ Investituræ primi acquirentis ex familia Truchfessorum, Dieterici, in iudicio productæ haud reperiantur, de Investitura tamen ipsa, ei concessa, satis exacte ipsaque reorum Confessione constabat. Et quod literæ desuper illi exhibitæ consonæ fuerint iis, quæ deinde filio Johanni datæ sunt, tam ipsa juris præsumtio firmat, quam dictæ literæ filio concessæ innuunt, præcipue vero Confessio Saxonica corroborat.

Quod vero 2) actores moderni a primo acquirente, dicto Dieterico, descendant per [97] ab Actoribus satis erat demonstratum. Cui quadrangulo cum a parte adversa, licet anno 1721. actoria desuper cum termino præjudiciali lata fuerit, haud contradictum fuerit, eidem fides a iudice merito adhibebatur. Unde sequitur, quod instituta a Truchfessii actio satis fuerit probata.

§. 5.

Sed excipiebant Rei, quod Duces Saxonie absque omni Contradictione in possessione sint, casu, quo vasallus eorundem, non relicta prole mascula, decedat, agnatique ipsius simultanea investitura destinantur, feudum tanquam apertum sibi vindicandi, idque ex speciali dispositione juris Saxonici feudalis, secundum quam agnati, nisi fuerint simultanee investiti, ad Successionem in feudo non admittuntur (b).

In hac Exceptione cardo totius hujus litis versatur. Quum enim in aprico & ab utraque parte in confesso, vel saltim negatum non fuerit, quod actores tam primordiales, quam reassumentes à primo acquirente descenderint, quodque de feudis, quæ vindicantur, simultanee haud quaquam fuerint investiti, omnis litis eventus ab ea quæstione pendeat, utrum jus feudale commune, num vero Saxonicum norma causam hanc decidendi esse deberet.

Tom. II di pars secunda.

C c c

Poste

(b) Struv. Synt. Jur. feud. c. 9. aph. 14.

Posterius affirmabant Rei, illudque præcipue, sequentibus fere argumentis:

§. 6.

1) Ex intentione primorum contrahentium, circa quam non solum quoad dominum directum præsumptio militet validissima, quod ipse, tanquam Saxonæ Dux, propter autonomiam conservationemque juris Germanici, a Gente sua semper sibi vindicatam, infeudationem istam, haud alio, quam recepto in dōmo sua provinciaque jure, peregerit, sed voluntas etiam vassalli consentanea vel exinde appareat, quod in terris Saxonis, Friburgi nimirum in Thuringia, contractum feudalem celebraverit, ipsamque investituram acceperit, nec non, ut Investituræ decretum stylo Saxonico accommodetur, consenserit.

2) Ob præsumtionem pro jure patrio, utpote quæ illam habeat vim, ut allegata contra illud receptio juris peregrini, scilicet Longobardici, tam in genere per totam Germaniam, quam in specie in curia feudali Saxonum in Franconia, plenissime probanda sit. Simultaneam autem investituram manumve conjunctam a temporibus Conradi II. Imperatoris, Seculo igitur undecimo, usque ad constitutionem Camerae Imperialis, per omnem Germaniam & sic etiam in Franconia obtinuisse, adeo, ut ea deficiente, in feudo quis succedere haud potuerit. Quum enim primitus feuda per Reges Merovingicos in Germania sint introducta, nullam in iis successionem locum habuisse, præterquam quod illa nonnunquam ex speciali gratia in filios continuata sint.

Sequentibus vero temporibus Conradum, Salicum cognominatum, eam mutationem suscepisse, ut antiqua parentum beneficia nemini posterorum auferantur, fratribus tamen & agnatis, præter expressam stipulationem, quæ in recepta deinde simultanea investitura se exerit, semper exclusis. Id quod etiam tunc temporis jure Longobardico obtinuerit (c).

Hinc manus conjunctæ, tanquam juris communis feudalis Germanici, non solum mentionem facere priscum Auctorem de Beneficiis, qui temporibus Lotharii Saxonici, Imperatoris, vixerit, sed illud quoque prolixius adhuc exposuisse Auctores Juris feudalis Saxonici & Suevici, secundum quod fratribus licet pluribus feudum aliquod concessum sit, si tamen illi divisionem ineant, neutri eorum in alterius portione jus competat, nisi expectativa eidem data sit (d).

Im-

(c) 1. Feud 1. §. 2. (d) Sächsisch Lehrecht. c. 6. & 21. Schwäbisch Lehrecht. c. 43. 65. & 103.

Imprimis vero hæc locum sibi vindicasse in feudis Burgenfibus, pro quo prædium nostrum litigiosum omnino habendum fit, utpote quod imprimis investituræ literis einc Remnate, sive Arx ex lapidibus exstructa, nominetur. In his quippe feudis Burgenfibus sive Castrensibus, licet immutata in quibusdam Germaniæ Provinciis prima circa successionem feudalem consuetudine, antiquam juris rationem atque observantiam semper conservatam esse (e).

Eoque minus de recepta univérse consuetudine juris conjunctæ manus etiam extra Saxoniam dubitandum esse, quo magis notum fit, eandem in Austria, Bohemia, Silesia, Tirolensi Comitatu, nec non Palatinatu, uti & in Principum familiis Palatina, Brandenburgica, Hassiaca, Holfatica aliisque (f), hodie adhuc vigere. Neque tempore litis hujus motæ vafallos Episcopatus Bambergensis in quieta possessione succedendi in feuda avita ex norma juris Longobardici jam dum fuisse (g).

Nec esse, quod speculo Suevico juris auctoritas denegetur (h). Sæculo adhuc XV. viros literarum humaniorum rudes Judiciis Germaniæ affedisse, à quibus jura Romana aliave lingua latina conscripta profus ignorata, imo iisdem exosa fuerint. Hinc sequenti ætate nihil frequentius fuisse, quam ut Nobiles aliive questi sint, quod per literatos jure provinciali consuetudinibusque receptis destituantur. Cum quibus querelis vix convenient, quæ de receptione jurium peregrinorum ex scientia & patientia Statuum Imp. vulgo statuuntur, adeo ut nullo argumento satis valido probari queat, quod Principes aliive domini directi, a jure suo antiquitus quæsito, juxta quod vafallo, sine prole mascula decedenti, nonnisi simultanee investiti succedant, unquam recesserint.

§. 7.

3) Ex eo, quod prædium Friesenhausen in præfectura Königsbergensi situm, & non solum in, sed etiam de territorio Saxonum sit. Vafallos enim Ducum Saxonæ simul esse subditos, & in specie Landfaffiatum, quoad prædium modo dictum, vel ex solo jure aperturæ domino directo absque omni reservatione in literis investituræ assignato, adjecta insuper denominatione, eines Erbherrn satis argui: quippe quo casu jus illud haud dubius effectus sit superioritatis. Quod idem non solum ex matricula Königsbergensi, aus dem Erb-Buche des Amts Königsberg, ut

C c c 2

pote

(e) Schilter ad Jus feud. Alem. c. 139. §. 3. (f) Iter. de feud. Imp. c. 10. §. 7.
(g) Veræius de Consuet. Bamberg. qu. 2. (h) Iter. c. 2. §. 1.

pote in quo feudum quoque nostrum relatum, inveniatur, (i) sed etiam ex quibusdam divisionum pactis Ducum Saxoniae, appareat, in quibus nobiles quoque Franconici & peculiariter Truchessii nostri portionibus hereditariis adscribantur & uni alterive Principi, tanquam domino suo territoriali assignentur (k).

Licet autem praefectura ista Königsbergensis in Franconia sita sit, junctam tamen illam & unitam esse antiquitus Landgraviatui Thuringiae, in quo jura Saxonica vigeant. Hinc in literis investiturae Casareis, Joanni Casimiro Duci An. 1621. traditis, nonnisi Thuringiae Misniaeque mentionem factam esse, manifesto indicio, quod partes Franconiae, Saxonibus parentes, pro pertinentiis Thuringiae habitae fuerint. Insuper regionem illam & in specie praefecturam Königsbergensem ad Vicariatum Saxonicum spectare, huncque in postremo adhuc interregno, per affixionem literarum potentium, ibidem exercitum fuisse, quum e contra Comitatus Hennebergicus, qui anno demum 1583. ad Saxones devolutus sit, ad Vicariatum Palatinum pertineat, nec jura Saxonica receperit, sed tam in feudalibus, quam ordinariis causis jus commune sequatur. Ubi tamen apprime notandum, quod haec conservatio juris pristini statim ab incunabulis stipulatae confraternitatis à Saxoniae Ducibus subjectis ipsius Comitatus peculiaribus literis asserta sit (l). Accedere, quod ditio Coburgica & praefectura Königsbergensis ad Circulum non Franconicum, sed Saxonicum superiorem, tam in subsidiis Imperio praestandis, quam aliis in negotiis referatur. Ex quibus omnibus satis perspicuum sit, istam provinciam ad Jura Saxonum plenarie transisse, indeque sequi, quod observantia juris Saxonici locum haud dubie ibidem sibi vindicet, & in specie praedium, de quo hic litigatur, naturam & qualitatem feudi Saxonici obtineat.

§. 8.

4) Ex Attestato Joannis Friderici & Joannis Wilhelmi, Ducum Saxoniae fratrum, post diem Urbani An. 1554. conscripto in Rotulo Saxon. f. 350. quippe quo disertis verbis asseritur: Daß in der Coburgischen Pflege, wie sie auch des von ihren alten Dienern berichtet worden, in Mann Lehn, Gütern niemand, auch ein Bruder den andern nicht geerbet, er sey dann mit demselben, ausdrücklich bekehret, sondern es fielen solche Güter dem Lehnherren heim, dergleichen Fälle viele anzugeigen wären. Cui Ducum

(i) Rotul. Saxon. n. 8. (k) Lunig Reichs. Archiv Cont. 2. Abth. 4. Abs. 2. p. 238. 2. 6. 27. & 279. (l) Müller Annales ad Ann. 1. 55.

Ducum testimonio, tanquam in causa ipsos non concernente, & confraternitate inter Saxones & Hennebergicos eo tempore nondum sancita, plenissimam fidem rei tribuant, utpote quod stylum curiæ & consuetudinem prodat.

§. 9.

5) Ex Stylo literarum investiturarum Nobilibus Franconicis à Ducibus Saxonie concessarum, utpote ex quibus constat, quod vasalli Franconici jus Saxonicum simultaneamque Investituram agnoverint & admiserint. Cujusmodi literarum exempla complurima in Rotulo Saxonico producta sunt.

Ex tot autem investiturarum Actibus antiquam consuetudinem receptionemque Juris feudalis Saxonici, etiam in terris Franconicis, Saxonibus subjectis, satis superque probari, Rei contendebant, nullo quoque requisito, quæ ad consuetudinem asserendam in jure exigenterentur, hic deficiente. Rationabilitatem enim non solum præsumendam & quatenus consuetudo contra leges quoque expressas introduci possit, arbitrio judicis relictum esse, sed insuper etiam simultaneam investituram Saxoniam optima ratione niti: quum enim in arbitrio domini positum sit, quo modo feuda dare velit, sine cujusque injuria integrum ei quoque relinquendum, feudis hanc legem dare, ut ad filios solum, non pariter ad agnatos devolvantur.

Neque etiam huic consuetudini deesse consensum superioris, quandoquidem in aprico sit, quod Imperatores eandem per concessionem feudorum Saxoniorum Imperialium largiter approbaverint. Aduum vero frequentiam ex literis investiturarum modo citatis sufficienter constare, neque requiri, ut iidem in judicio contradictorio obtinuerint, dummodo ad notitiam populi pervenire potuerint, & consensum majoris partis præ se ferant. Quemadmodum nec opus sit, ut actus animo consuetudinem inducendi probentur gesti: quippe quod in dubio præsumatur: idque inprimis in casu nostro, in quo tanta copia investiturarum à paribus curiæ, qui de Stylo ejus optimum testimonium ferre possint, corroboratarum, producta sit. Quod vero tot actus pro re tantum merræ facultatis haberi debeant, investituraque simultanea ad cautelam solum abundantem à quibusdam vasallis Franconico Saxonice accepta fuerit, vero similem aliquam suspicionem hand excitare: Cum quilibet actus in dubio ex causa necessaria potius, quam voluntaria, factus præsumatur, omnemque superet fidem, quod vasalli tot innovationi ejusmodi

acquieverint, si non antiquitus ad tale quid adstrictos se existimassent, eo magis quod Nobiles isti tunc temporis ad immedietatem adhuc aspirare semper conati sint, ejus rei vestigia quoque in depositionibus testium Truchsessianorum non pauca supersint. Neque investituras has, ad normam juris Saxonici celebratas, circa feuda nova tantum contigisse: præterquam enim quod qualitas ista per actores probanda foret, quia feuda præsumantur esse antiqua, illud quoque ex compluribus investiturarum literis refutari, in quibus expressa successione paternæ & avitæ mentio fiat, & nihilo tamen secius investituræ simultaneæ habita sit ratio, sicuti documenta Saxonica Sub. N. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 18. 19. 20. 23. 37. 39. 40. 43. 49. illud demonstrant. Denique nec in duratione temporis, ad introducendam consuetudinem necessarii, quid desiderari, documentis in eum finem jam ab An. 1487. prolatis, in quibus clausula notatu digna sæpius reperitur: *Als solcher gesamter Lehn-Güter alt Herkommen, Recht und Gewohnheit ist*, unde præscriptionem etiam immemorabilem compleri, satis manifestum esse.

§. 10.

6) Ex depositione testis Actorum 1. ad Int. gen. 1. ad Repl. qui asserat: *Daß wenn der Lehn-Herr verstorben, von dem Successore alle diejenigen, eines Geschlechts, so in den Lehn-Briefsen begriffen, jeder sonderlich, die Lehn zu empfangen, beschrieben würden, auch sämtlich erscheinen, und ihre Lehns-Pflicht leisten müßten.* Id quod ex natura indoleque feudorum Saxoniorum descendat, productisque Investiturarum Literis, in specie N. 15. 34. 35. 39. 40. apprime conveniat. Eundem testem clarius adhuc de recepta Investitura simultanea in Provincia Coburgensi deponere ad Int. gen. 2. ad Repl. similiter quod in familia derer von Heßberg, Schaumberg, Lichtenstein und Rosenau, Investitura simultanea obtineat, asserere testem 3. §. 6. 7. 10. 11. ad Int. 13. 6. ad Art. Repl. 8. & ad Int. gen. 1. ad Repl.

§. 11.

7) Ex observantia in feudis Imperii Ducum Saxonie. Dominium enim & vasallum regulariter ad paria judicari, & subfeudum ejusdem naturæ præsumi, cujus sit principale. Jam vero notorium esse, Duces Saxonie ad normam juris Saxonici in feudis, quæ ab Imperio tenent, investiri, in illisque simultaneam investituram, si quis agnato succedere velit, necessariam esse.

8) Ex ipsis investiturarum literis, quas Truchsessii olim à Ducibus Saxoniae impetrarunt.

In his enim tantum mentionem fieri heredum, qua voce, de jure feudali communi quoque, non nisi filii designentur. Quum igitur ex Truchsessii Christophorus absque prole mascula vitam finiverit, procul dubio feudum ipsius domino directo fuisse apertum. In literis enim, quibus ipse de hoc feudo investitus fuerit, in Rotulo Saxon. N. 1. afferi, quod illud à patre in eum solum devolutum sit, ut exinde naturam feudi novifere induerit, ideoque etiam de Jure Longobardico agnatus in eo succedere nequeat. Quandoquidem secuta nova Investitura quasi novum constituatur feudum (m). Neque in his vel præcedentibus Investiturarum literis agnatorum ullam habitam esse rationem vel agnatos unquam renovationem Investituræ petiisse, aut alias nexui vassallico morem gessisse, dem *Lehn Folge gethan*, ad quod tamen per dictas Investituræ literas expresse obligarentur.

§. 12.

Econtra vero pro Actoribus, qui decisionem hujus causæ ex jure feudali communi faciendam contendebant, sequentia militabant Argumenta.

1) Quod ex propria Reorum confessione feudum nostrum litigiosum, jenseit des *Thüringer Wald*, adeoque in Franconia situm sit, ubi jus Saxonicum plane peregrinum habetur, nisi ejus receptio aliquo in loco expresse doceatur, quod circa ditionem Coburgicam hac in causa factum esse, haud poterit affirmari, quin potius,

2) Contrarium ex ipsis ordinationibus Ducum Saxoniae manifeste constet. Ita enim habetur in *der gemeinen Hofgerichts-Ordnung zu Jena de An. 1653. c. 15.* Sollen besonders in denen Landen jenseit des *Thüringer Walds*, da die *Sächsischen Rechten* in decisoriis nicht eingeführet, die gemeinen *Kaysersl. Rechte* gebraucht, und denselben allerdings nachgegangen werden. Urgebant quidem hic Rei, quod tantum in decisoriis jura Saxonica ista in regione cessare dicantur, ut igitur aliud in causis ordinatoriis & feudilibus obtineat. Quod si tamen dicta ordinatio plenius inspicitur, manifeste loco citato Sancitum legimus: *Daß in denen Fällen, wo die Landes- und andere Ordnungen und Gewohnheiten nichts sonderbahres ordnen, und mit sich bringen, die gemeinen Kaysersl. Rechte gebraucht*

(m) 2. F. 49. Fichard, 1. Consil. lat. 6. n. 1.

gebrauchet werden sollten, adeo ut ne causæ sive ordinariæ, sive feudales inde excipiantur, cum ordinatio generaliter & absque distinctione disponat. Clarius adhuc loquitur ordinatio Judicii aulici Coburgensis, à Joanne Casimiro Duce An. 1598. publicata, ad quam supra dicta ordinatio Jenensis se refert. Illa enim P. 1. tit. 6. sequentem in modum pronunciat: Nachdem der Kayserlichen und Sächsischen Recht wegen in unsern beyderseits Fürstenthümen ein großer Unterscheid, sintemahl in unserer Coburgischen Pflege, quoad decisoria, die Kayserliche und in den andern jenseit des Waldes Thüringischen Landen, die Sächsischen Rechte üblichen herkommen; Als soll auch unser Hofgericht, solchen Unterscheid hinsübro halten, und in der Coburgischen Pflege und hier disseits des Thüringischen Waldes, so viel die decisoria und merita causæ betrifft, die Kayserl. Rechte des Heil. Reichs Constitutiones und jedes Orts hergebrachte Gewohnheiten, in ordinatoriis aber und was den Process concerniret, (En decisoria non contradistingui causis feudalibus, sed politicis tantum & processualibus) wie derselbe an unsern Höffen gebräuchlich, gehalten werden.

3) Ipsi Rei fatentur, quod in Comitatu Hennebergico jus commune & Longobardicum, non vero Saxonicum receptum sit. Jam autem notum est, inferiusque demonstrabitur prolixius, quod non solum provincia Coburgica, sed in specie quoque Præfectura Königsbergensis partes dicti Comitatus antiquitus fuerint. Unde pro observantia juris communis in istis quoque terris liquidissima stat præsumtio, nisi mutatio quædam doceri possit, quod à Reis haud esse præstitum, infra videbimus.

4) Depositiones testium, per actores productorum, quos quidem Rei universos, tanquam omni exceptione haud majores, impugnabant, cum ex eo, quod subditi vel vasalli Saxonici fuerint, tum ob proprium ipsorum interesse, utpote quibus, veluti aliorum vasallorum Saxonorum Agnatis, similis aliquando casus contingere potuisset, quo, & ipsi, aperto feudo, licet simultanea Investitura destituti, ex jure agnationis succedere intenderent. Verum enim vero, quoad prius subditi quidem & vasalli non omni exceptione majores sunt, ubi in favorem domini testimonium dicunt, secus autem est, si uti hic, adversus eum deponant. Quo ultimo casu, licet Feudistæ nonnulli statuunt, quod feudo privari possent, nihil tamen inde veritati testimonii decedit, imo in causa præsentente nec privatio locum habere potuisset, tum quod vasalli hi à judice, omnibus supremo ad testimonium coacti (n), tum quod ipsis Juramentum,

(n) Struv. synt. Jur. feud. c. II. Th. 3. n. 4.

tum, quod Reis præstiterant, remissum fuit, cui remissioni adjecta protestatio Rotul. act. f. 57. 72. nullius ponderis habenda est.

Quoad posterius, commodum vel incommodum, quod accessorie & per consequentiam ex depositione oritur, non statim repellit testem (o):

Quum inprimis quoties de feudo agitur, semper potiora aliis sint testimonia parium curiæ, quales hic omnes fere testes fuerunt, utpote qui plenius istiusmodi causas & consuetudines cognoscere, videre & intelligere, ideoque præ aliis extraneis melius testari valent.

Adulterium vero, quod in specie Testi 13. objiciebatur, nullatenus probatum est, quum ipse non nisi concubitum anticipatum fateatur, qui eum ad testimonium dicendum inhabilem reddere haud potuit.

Deponit autem T. 2. ad Int. gen. 1. *Das die Suchung der gesamten Hand oder Wittbelehnung in der Coburgischen Pflege erst neulich aufkommen. Wie er denn selbst etlicher Fälle sich zu erinnern wisse, da einer eines Geschlechts den andern geerbet, da sie doch zu vor seines Wissens in gesamter Hand nicht gewesen, exemplum allegans von denen Gebrüthern von Hßeberg, die ihrem Vetter Gabriel von Hßeberg succediret. Et quamvis huic casui in Int. 3. ad Art. Repl. 8. adjiciat, daß ihm unwissend sey, ob es aus Gnaden oder Schuldigkeit geschehen, hanc tamen ignorantiam facti potius, quam juris fuisse, satis explicat depositio ipsius ad Art. Repl. 6. ubi dicit: es werde in der Coburgischen Pflege dem Kayserl. und nicht dem Sächsischen Land, Recht nach gegangen, & Art. Repl. 8. er wisse nicht anders, denn daß in Erbung und Verleihung der alt n adelichen Stamm, Lehn, in der Coburgischen Pflege dem gemeinen Kayserl. und nicht dem Sachsen, Recht nachgegangen werde, addendo ad Art. Repl. 9. Daß davon in der Coburgischen Pflege eine gemeine Sage und Leumuth sey. Quo præsupposito, omni dubio vacat, allegatam successionem Hesbergicam non ex gratia, sed ipso jure dictante ita contigisse.*

T. 3. asserit ad Int. gen. 1. ad Repl. Es sey im Lande zu Francken durchaus die gesamte Hand mit dem Ritter, Lehn hiervor nicht bräuchlich gewesen, aber jehiger Zeit wolte es leider damit einreissen, & ad Art. Repl. 6. Dem Coburgischen Hof, Gericht sey anbefohlen, den Kayserl. Rechten nachzugehen. Et ad Art. 8. er wisse nicht anders, denn daß in Erbung und Verleihung der alten Adelichen Stamm, Lehn, in der Coburgischen Pflege gelesen, dem Fränckischen Landes, Brauch und nicht dem Sächsi-

Tom II di pars secunda.

D d d

schen

schen Land, Recht nachgegangen werde. Ex quo fundamento ad Int. Spec. § declarat: Daß, ob er wohl in der gesamten Belehnung mit seinen Vettern nicht begriffen, er doch seiner habenden Gerechtigkeit und Interesse, auf zutragenden Fall, sich im wenigsten zu begeben gedencke. Similiter asserendo ad Art. Repl. 9. Daß von denen articulirten Sachen vor 100. Jahren und noch in der Coburgischen Pflege und anders wo in Francken ein gemein Geschrey und Sage sey.

T. 4. ad Int. gen. 1. ad Repl. Er halte davor, daß in der Coburgischen Pflege ein Vetter den andern zu Lehn, Gütern erbe, wenn er gleich in gesamter Belehnung nicht mit begriffen, proprium exemplum allegans: & ad Art. Repl. 8. & 9. Er wisse anders nicht, habe auch anders nie gehört, denn daß in Verleihung und Erbung der alten Adlichen Stamm, Lehn dem Fränckischen Brauch und nicht dem Sächsischen Land, Recht nachgegangen werde, von dem allen auch in der Coburgischen Pflege und da herum eine gemeine Sage sey.

T. 5. ad Int. gen. 1. ad Repl: Er nebst seinen Vettern habe selbst Gabrieln von Hefberg, so wohl in Sächsischen, als andern Lehn, Gütern geerbet, und sey ihnen auch von Sachsen geliehen worden, unangesehen sie in gesamter Belehnung nicht begriffen gewesen, aber weil in dem einen Lehn, Brief über Klein Wallwart vermeldet: Wir leihen Gabrieln von Hefberg und seinen Männlichen Leibes, Erben 2c. so hätten sie in die Sächsische Cankley 2000. fl. erlegen müssen, (per quod explicatur dictum testis 4. ad hoc Int. à parte adversa obmotum) aber die übrige Sächsische Lehen wären ihnen ohne Entgeld geliehen worden, quem eundem casum etiam narrat Testis ad Int. Art. Repl. 8. Testis vero hic ad Art. Repl. 7. pergit, daß solches in Krafft des gemeinen Lehn, Rechts und Fränckischen Brauchs geschehen, wie er denn auch, da sich dergleichen Fälle künftigt mehr zutragen sollten, solcher Erb. Gerechtigkeit sich zu verzeihen nicht gedencke, & ad Art. Repl. 8. & 9. Er halte nicht davor, daß in Verleihung derer alten Adlichen Stamm, Lehen, in der Coburgischen Pflege, dem Sächsischen Land, Recht nachgegangen werde, und habe er allwege von solchen Sachen nie anders reden hören.

T. 6. ad Art. Repl. 8. Es werde in der Coburgischen Pflege, mit Erb. und Belehnung derer alten Adlichen Stamm, Lehn, dem alten Herkommen, und nicht dem Sächsischen Land, Recht nachgegangen, wie sie dann daselbst das Kayser, Recht, und nicht das Sächsische Land, Recht hätten.

T. 7. ad Int. gen. 1. ad Repl. nennet es eine Neuerung, so dieses Orts Landes in Francken auskommen, daß man einem nicht mehr leihen wolle,

wolle, er sey denn in gesamter Hand, wie er, daß es vor Alters nicht gewesen, von seinem Vatter vielmahl gehöret: & ad Int. 2. So viel er je und allwege davon gehöret, sey der Lehn-Herr in den alt väterlichen Stamm-Lehen, auf zutragende Fälle, den nächsten Agnaten zu leihen schuldig, wenn sie gleich zuvor in gesamter Belehnung nicht begriffen gewesen.

T. 8. ad Art. Repl. 6. asseverat; daß an dem Coburgischen Lehn oder Hofgericht, an welchem er selbst Assessor, denen gemeinen beschriebenen Kayserlichen Rechten und dem Fränckischen Gebrauch nachgegangen werde. Et ad Art. Repl. 8. Er achte davor, daß man in Erbung und Verleihung der alten adelichen Stammlehen, in der Coburgischen Pflege, dem Fränckischen Brauch und nicht dem Sächsischen Land-Rechte nachgehe.

Testis. 10. ad Int. gen. 2. ad. Repl. In jetziger Zeit, wenn einer bey Sachsen in gesamter Hand nicht gewesen, lasse ihn der Lehnherr nicht gerne zu, aber bey ihren Voreltern habe Zeuge davon gehöret, daß man in der Coburgischen Pflege, auf zutragende Fälle, einem des Geschlechts, auch ohne die gesamte Hand, geliehen habe, so lang einer des Geschlechts Nahmen und Stamms im Leben gewesen. Et ad Art. Repl. 6. & 8. Er wisse nicht anders, denn daß in der Coburgischen Pflege, in Erb und Verleihung der alten adelichen Stammlehen, den gemeinen beschriebenen Lehn-Rechten und Fränckischen Brauch nachgegangen werde, er habe auch nie anders gehöret, denn daß man in solchen Fällen mit dem Sachsen-Recht nichts zu thun habe.

T. 14. ad Int. gen. 1. ad Repl. Es sey mit der gesamnten Hand, von Alters und noch bey seinem Gedencken, nicht also herkommen, aber jetziger Zeit wolle man es in Brauch bringen. Tot autem testium depositioni concordia eo major fides adhibenda est, quod illa juri non solum communi, sed ordinationibus quoque supra allegatis convenit, insuperque solida dictorum ratione, propria nimirum scientia ex Exemplis, ipsis partim testibus contingentibus, uti & relatione majorum, corroborantur.

§. 13.

5) Literæ investituræ, in quibus non solum de simultanea Investitura nulla fit mentio, sed feudum quoque eo modo conceditur, wie solches freyer Lehn und Güter, alt Herkommen, Recht und Gewohnheit ist. Quamvis enim hæc clausula id operari haud videatur, ut illud pro

feudo franco habendum sit, quod quidem actores inde eruere conabantur. Quum natura feudi franci in eo consistat, ut vasallus immunitate à servitiis gaudeat (p): Econtra vero dictis investituræ literis ista conditio: *Das Lehn zu verdienen*, expresse inserta sit, quam ad servitia feudalia spectare dubio vacat: insuperque forma ipsa, qua feudum nostrum concessum est, *zu rechten Lehn*, aliud prorsus indigitare videtur. Nihil tamen secius vocula ista, *freye Lehn*, haud otiosa existimanda, vel quod per illam tantum feudum nobile indicaretur, explicanda erit: quin potius non levis oriatur præsumtio, eandem ad consuetudinem Franconiae respicere, juxta quam feudum liberum, teste WEHNERO, voce *freye Lehen*, non solum ab oneribus, sed ab aliis quoque capitulis, in Investitura non expressis, eximatur. Unde necessario sequeretur, in ipsis Investituræ literis per verbum, *freye*, id est *Fränckische Lehen*, feudum hoc non pro Saxonico, sed Franconico declaratum, in eoque concedendo consuetudinum non Saxonicarum, sed Franconicarum, habitam esse rationem.

§. 41.

Ex quibus omnibus & utriusque partis probationibus inter se collatis, fuit concludendum, quod in decisione causæ præsentis Jus feudale commune pro norma sit habendum.

Unde porro sequitur, Actionem hic institutam per Exceptiones Reorum minus esse elisam.

Neque argumenta Reorum in contrarium allegata satis firmo nituntur fundamento.

1) Primo enim præsumtio ex intentione contrahentium aliis circumstantiis adminiculisque contrarium suadentibus, nimis vaga est atque fallax. Insuper si Curiae domini aut fundi dominantis, & provinciae, ubi feudum situm, aut loci, ubi concessio facta est, diversae sint consuetudines aut statuta, tunc regulariter consuetudinem loci, ubi feudum situm est, in quæstionibus, circa illud obvenientibus, prævalere Doctores docent (q): inter quos ROSENTHAL hanc quæstionem plenissime tractat, & fere casum nostrum expresse decidit, sub. n. 29. sequentia scribens: *Quendam Saxonum Principem feuda in Franconia habere scio, quæ jure feudorum communi aut particulari Franconiae, non autem Saxonico gubernantur.* Quoad.

2) In

(p) Hora Jus feud. c. 26, Th. 9, 1. Conf. Argentor 30. n. 42. (q) Rosenthal, c. 1. cövel, 14. n. 16. 21, 22, 23, 26. Schrader de Feud, p. 19. Sect. 7, n. 19.

2) In litibus decidendis, jura potius certa & nota, quam historiae antiquae & incertae pro norma sunt habenda, saltim in Comitatu Hennebergico hodie adhuc jura Longobardica vigere, superius ex propria Reorum confessione allegavimus.

Præterea per omnem Franconiam Investituram simultaneam ignorari, ibique nisi quibusdam in locis obtineat consuetudo, ex jure Gentilitio & identitate scuti in feudis succedendi, ex Jure feudali communi ad eos, qui à primo acquirente descendunt, feuda devolvi, notum est. Testimonium enim in contrarium VERACII de feudis Bambergensibus nimis fluctuat, nec ipse certum quid de eo asserere audeat, qui etiam alias curiæ Bambergensi nimium favere videtur. An vero jus illud feudale, quod in speculo Suevico relatum legimus, unquam receptum fuerit, non immerito dubitatur (r). HARPPRECHT in Tractatu peculiari satis prolixo defectum auctoritatis speculi suevici demonstrat, ejusque non usum per testimonia authentica plerorumque Statuum Franconiæ, Sueviæ, aliorumque Circulorum probat.

3) Ex Jure superioritatis, quod multis argumentis Saxones in feudo controverso sibi asserbant, Truchsessii autem constanter negabant, rationem concludentem pro asserenda ibidem Juris Saxonici observantia, nullam duci posse, satis patet. Quapropter supervacaneum foret, difficilem istam disceptationem, incidenter tantum in Actis nostris motam, præsentis subicere examini, non spernendis quoque pro immediate, ex testium imprimis depositione, militantibus fundamentis. Neque ex eo, quod tractus iste ab immemoriali tempore junctus atque unicus sit Landgraviatui Thuringiæ, introductio juris consuetudinumque Saxoniarum satis probatur. Sæpius quippe hic vel ille locus alteri accedit, salvis juribus, quæ ante habuit & exercuit. Statutum enim & consuetudo provinciæ unius non pertinet ad aliam, licet ei unitam, nisi ex receptione, quæ cum facti sit, non præsumitur, sed ab allegante probari debet: Quandoquidem talis unio seu in corporatio non aliter accipienda, quam salvis cujusque terræ legibus, moribus & privilegiis (s).

Inprimis vero jus vel consuetudo juri communi contraria, cujus modi ea est, de qua modo litigatur, stricti est juris, neque latius de provincia ad provinciam, vel de loco ad locum porrigi & extendi debet (t).

Ddd 3

Quod

(r) Lauterb. Coll. præct. proleg. §. 7. n. 6. (s) Mev. 2. Dec. 185. Coshmann Vol. 2. Recip. 24. n. 22. 23. 24. (t) Mev. cit. loc. n. 7.

Quod in specie quoque inconſuetudine, contra jus commune feudale introducta, ita obtinere, Doctores aſſerunt, uſque adeo, ut talis conſuetudo, neque de tempore ad tempus, v. g. in cauſa noſtra, ex eo, quod teſtes quidam in recentioribus temporibus à Saxonix Ducibus molitum eſſe dicunt, ad id, quod ſuperiori ætate, litem hanc aliquantum præcedente, neque de caſu ad caſum, neque de feudo uno ad feudum aliud (u), neque de provincia ad locum provinciæ adjacentem vel incorporatum produci poſſit (v).

Sic Delphinatus, Galliarum regno quamvis unitus & junctus, non tamen regni jure, ſed propriis legibus regitur (w).

Et idem in partibus illis Franconix, quas Saxonix Duces ſucceſſu temporis acquiſiverunt, obtinere, ſuperius jam ex ordinationibus præfertim provincialibus demonſtratum eſt. Conſtat quippe ex hiftoriarum monumentis, quod omnes iſtæ terræ à Saxonibus in Franconia jam jam poſſeſſæ, ad Comitatum olim Hennebergicum pertinuerint, cujus pars altera, ditionem Coburgenfem complectens, anno jam 1346. per matrimonium cum Hennebergica Landgraviis Thuringiæ accreſcebat, altera vero ſub finem demum ſæculi XVI. extincta Hennebergiorum familia, ex pacto confraternitatis, ad Saxonix Duces devolvebatur. Nullum autem dubium eſt, quin totus ille Comitatus, antequam ad Saxones pervenerit, jura & conſuetudines non Saxonix, ſed Franconix, vel his deficientibus, jus commune coluerit, ſicuti illud ad hunc uſque diem ita obtinere, de parte, ultimo loco acquiſita, ipſi Rei expreſſe fatebantur. Quum iidem igitur neque quoad partem priorem ullam hac in re mutationem ſatis docuerint, præſumptio juris & de jure ſubſiſtit immota, quod etiam ibidem jura priſtina adhucdum vigeant. Nec quicquam refert, utrum prædium noſtrum litigioſum ſub præſectura Königsbergentiſum ſit, nec ne, quod quidem ex matricula dictæ præſectura, tanquam referente, fide non ſatis digno, ibi. *Nach Jhr. Fürſt. Gnaden Ehbuch*, abſque relato non prorsus evincitur, cuique ex ipſis rerum geſtis obſtare videtur, quod licet jam nominata præſectura poſt infelicia Joannis Friderici Saxonix Electoris fata, à Carolo V. Imperatore Alberto Brandenburgico titulo feudi, conſeſſa fuerit, nec prius quam anno 1569. ad Saxones redierit (x).

Nihi-

(u) Fichard, 1. Conf. 12. n. 10. (v) Cothw. cit. loc. n. 28. ſeqq. Schrader de feud. p. 10. Sect. 20. n. 165. ſeqq. (w) Id Reſp. 85. n. 27. (x) Conf. Hortleder, l. 3. c. 88. n. 81. Mülleri annal. ann. 1547. 1548.

Nihilo tamen fecius filii jam dicti Joannis Friderici An. 1555. Truchsessios nostros cum feudo Strießenhausen investiverunt (y); quod fieri vix potuisset, si feudum hoc ad dictam præfecturam pertinuisset. Et quicquid demum ejus fuerit, neutrum tamen hoc casu relevaret, quoniam præfectura quoque Königsbergensis pars quondam fuit Comitatus Hennebergensis, utpote quæ una cum ditione Coburgensi Seculo XIV. ad Saxones transit. (z) Vel, sicuti alii asserunt, eodem circiter tempore, per Annam Hennebergicam, Suantiboro, Pomeraniæ Duci, in dotem cessit, & ab eodem ad Episcopum Herbipolensem, ab hoc vero demum ad Saxones An. 1400. translata est (aa).

Quæ vero inter partem Hennebergicam, noviter Saxonibus acquisitam, & reliquam hodie adhuc, quoad Vicariatum Imp. & relationem ad Circulos, intercedit diversitas, inde haud quaquam oritur, quod in hac parte jura Saxonica recepta sint, in illa minus, sed ex eo, quod, ea ætate, qua Circuli à Maximiliano I. Imperatore formabantur, quæ à Carolo IV. A. Bulla condebatur, pars Comitatus istius, prius acquisita, Saxonibus jamjam cesserit, altera vero sequentibus demum temporibus secuta, ob jus ex A. Bulla Circulorumque constitutione aliis jam quæsitum haud potuerit eandem qualitatem nancisci. Quo loco probe notandum, quod licet A. Bulla vicariatum Saxonicum expresse ad loca, ubi jura Saxonica servantur, restringat, longius tamen ejus fines usus præduxerit, eoque sine dubio referendum sit, quod Elector Saxo tempore interregni se dicat Vicarium in denen Landen des Sächsischen Rechts und an Enden in solch Vicariat gehörend: Quæ ultima enunciatio, solum observantiam respiciens, illa etiam loca, ubi jus Saxonicum nunquam vixit, complectitur (bb).

§. 15.

4) Attestatum Ducum Saxonix de An. 1554. tanquam in propria causa vim probandi non habere, reliquis præsertim argumentis in contrarium nitentibus, cuilibet perspicuum est.

Insuper Principes Hennebergici apud Saxones tum temporis non circa receptionem juris Saxonici quæsierant, sed de eo, utrum consuetudo, quæ à Vestenbergio aliisque Nobilibus prætendebatur, istis in Regno-

(y) Rot. Saxon. n. 2. (z) Spangenberg. Chron. Henneb. l. 5. (aa) Zeileri Topographia Francon. p. 29. Müller Annal. Sax. Ann. 1400. (bb) Conf. Ludewig. ad A. B. t. 5. §. 2. p. 579.

gionibus obtineret, ut scilicet omnes ejusdem gentis & scuti in feudis succedere debeant, licet, quod à primo acquirente descenderent, probare haud possint. Hinc omnis quoque responsio, de consuetudine ista speciali, quæ tamen ad causam nostram nullatenus pertinet, solum agit, eoque similiter referenda sunt verba: *Dasß wie in Mann-Lehn versehen, auch ein Bruder den andern nicht geerbet, er sey denn mit demselben belehnet, utpote quæ de feudis novis explicanda veniunt, id quod clausula adjuncta: ungeachtet er von des Verstorbenen Nahmen Schild und Helm sey, satis confirmat. Quæ luculenter prædit, de prætena tantum à nobilibus consuetudine jam mentionata hic sermonem esse: siquidem alias, sin etiam consuetudinem Saxoniam circa Manum conjunctam in terris Coburgicis sibi asserere, mens respondentium fuisset, Duces procul dubio adjecissent: und ungeachtet er von dem primo acquirente herßamme.*

§. 16.

Ad 5^{um} supra jam dictum est, quod in literis investituræ, Truchsessis de feudo *Grißenhaußen* concessis, Manus conjunctæ nulla mentio facta, ideoque in hoc feudo Investitura simultanea nunquam introducta fit. Exempla extranea in contrarium allegata, vel ad consuetudinem Saxoniam applicari, vel cæteris vassallis, juris Franconici tenacibus, præjudicare nequeant, vel etiam ob facti novitatem in causa præsentis non relevant. Ut taceam, quod consuetudinem contra jus commune etiam feudale introductam de casu ad casum, vel de feudo uno ad feudum aliud, aut de persona ad personam extendi posse, Doctores negent (cc); adeo ut consuetudo in contractu feudali, respiciens certas personas, non trahatur ad alias (dd), & introducta inter volentes, secundum nonnullorum sententiam non extendatur ad invitos sive contradicentes (ee).

Exempla vero allegata singula, si perlustrare velimus, in literis Investituræ sub. N. 10. 14. 15. 17. 19. 20. 27. 28. 29. 30. 31. 34. 35. 37. 38. 39. 40. 42 & 47. non tam invenitur simultanea Investitura Saxonica, quam talis, que jure etiam Longobardico locum sibi vindicat, casu nimirum, quo duo vel plures investiantur, ut simul feudum habeant pro indiviso, vel modo huic simili. De qua re pluribus egit *HORNIUS*, (ff) ibi: auß
berson

(cc) Cothmann. Vel. 2. Conf. 81 n. 28. 30. 31. 32. (dd) Menoch. 7. Cons. 163. n. 10. Cephal. 1. Cons. 26. n. 21. (ee) Schrader de Feud. P. 10. Sect. 20. n. 167. (ff) Jur. feud. c. 11. Th. 25. & 1. F. 1. c. 1. §. 42. F. 18. c. 2. P.

besondern Gnaden 44. 46. 48. & 50. habentur casus feudorum noviter ac-
quisitorum, in quibus, Jure feudali etiam communi, collaterales abs-
que investitura simultanea succedere nequeunt.

Literæ tandem Investituræ sub n. 18. 21. 24. 25. 26. utpote pendente
hac jam lite concessæ nullam hic merentur attentionem. Ut adeo per-
pauca restent exempla, quæ stylum Saxonicum præ se ferunt, nonnisi
in familiis deres von Rosenau, Schotten, Lichtenstein, Fuchsen, zu Schwein-
haupt, Schaumberg, Holdriff, admiffa. Per quas omnibus reliquis præ-
judicari & consuetudo in tota provincia introduci eo minus potuit, quo
luculentius ex testium depositione apparet, eas non ex necessitate legis,
sed libera tantum voluntate, tanquam in re meræ facultatis, vel cum
domini directi jura Saxonica introducere molirentur, ad cautelam abun-
dantem, ut nimirum Successio ipsis eo securior reddatur, & ad evitan-
dam probationem procreationis a primo acquirente, quæ in antiquis sæ-
pius valde est difficilis, forte etiam ex aliis rationibus peculiaribus, huc
condescendisse. Ita enim testatur Testis 2. ad Int. Gen. 1. ad Repl. er
achte dafür, daß die gesammte Hand der Sächsischen Lehn-Männer in der
Coburgischen Pflege jezo darum gesucht werde, damit sie hernach desto eher
succediren, und also hierinnen das gewißere spielen mögten, doch sey solches
erst neulich auffkommen. Et Testis 4. 7. & 16. ad idem Int. idem fere af-
firmant. Quin etiam, si vel major pars vafallorum, sponte & absque
metu aliquo, animoque novam introducendi consuetudinem, consen-
sisset, ab eorum tamen arbitrio reliqui haud penderent, neque illud præ-
judicaret non consentientibus, sed potius standum foret minori parti,
quæ consentire noluerit (g).

Neque inde, quod in his vel illis investituræ literis simultanea In-
vestitura locum invenerit, sequitur, eandem ubique pro lege obser-
vandam esse. Pacta enim aliis, quam personis pacifcentibus, neque
profunt, neque obsunt. Et eleganter concludit ROSENTHAL (b),
Consuetudinem Manus conjunctæ extra Saxoniam non probari ex
eo, quod constet, in aliquibus familiis simul investitos excludisse
Agnatos alios, quandoquidem hoc pactis, renunciatione &c. non ani-
mo consuetudinis introducendæ fieri potuerit. Idque hoc loco tan-
to magis obtinet, quoniam actus diffformes non pauci a testibus Truch-
sessianis, uti supra demonstratum est, allegabantur. Per actus autem
diffformes consuetudo introduci nequit, adeo ut vel unicus actus contra-
rius consuetudini adhuc introducendæ impedimento sit. (i).

Tom. II di pars secunda.

E e e

§. 16.

(g) Gylmann Dec, Camer, P. 2. Dec. 8. n. 17. (b) c. 7. Concl. 30. n. 32. (i) L. 39. de Leg.

§. 17.

6) Eadem responsio locum habet ad illud, quod nonnulli testes de recepta in quibusdam familiis Investitura simultanea deponunt. Uti nec quicquam testimonium testis primi tanquam unici movet: quum enim omnes reliqui aliud asserant, hujus testis depositio eo modo cum cæteris concilianda erit, ut illum interpretemur de hoc, quod contigit de facto, & quod Dominos directos sæpius tentasse, quin etiam effecisse, reliqui non minus testes asseverant.

§. 18.

7) Quoad argumentum, ex natura subfeudorum petatum, primo loco nobis haud constat, num Saxoniae Duces Comitatum Hennebergicum jure feudi ab Imperio teneant? saltem de Præfectura Königsbergensi, quod illam tanquam allodium acquisiverint, testatur MÜLLER (k).

Sub qua præfectura tamen prædium qu. situm esse, ipsi Rei constanter asserant. Deinde, si etiam dictus Comitatus feudum Imperii esset, prædium tamen Frisenhusanum haud foret subfeudum, eo quod illud sponte a possessoribus in feudum oblatum est, ejusque igitur dominium directum Duces Saxoniae, non jure feudi ab Imperatore, sed jure allodii ex oblatione ipsis facta tenent.

Sed & Literæ Investituræ hic modum statuunt, quæ feudum hoc, uti supra jam demonstravimus, tanquam liberum sive franconicum oblatum esse, testantur.

§. 19.

Tandem 8) concedi quidem potest, quod voce hæredum in Literis Investituræ nonnisi descendentes masculi designentur. At sponte exinde sequitur, quod omnes, qui a primo acquirente Dieterico Truchsessio descendunt, & sic quoque actores nostri moderni, his Investituræ literis comprehendantur. Jure enim feudali communi, qui a primo acquirente descendunt, observata tamen prærogativa gradus, in infinitum succedunt omnes, etiamsi feudum acceptum sit tantum pro se & filiis (l).

Quamvis autem in literis Successorum Dieterici aliorum, quam heredum possessoris, mentio non fiat, inde tamen descendentes Dieterici, tanquam semel in investitura comprehensi, pro exclusis ab hujus feudi

Suc-

(k) *Annal. Saxon. p. r.* (l) *Vultej. de Feud. L. 1. c. 9. n. 99.*

